



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Margarita Evangelica

Essche, Nicolas van

Coloniae, 1545

vt anima intus Deum audiat & obseruet. 9

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49323](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49323)

LIBER II.

cognoscitur & amatur: ad quod tamen omnes conditi sumus. Et propter haec dolores plurimos atque gravissimos, & innumerabiles mortes spirituales sustinent & patiuntur. Insuper in superiori animae parte cum Christo quandam immensam pacem ac libertatem sentiunt, eo quod pars illa animae Deum semper habet in se, ipsa semper est in Deo, inclinatur se iugiter in suum principium, in divinam videlicet originem per simplicem illam essentiam suam, extra quam nullo unquam tempore Deus recedit, nec ipsa extra Deum. Vires quidem animae extorqueti & in multa distrahi possunt, ipsa vero essentia in Deo manet. Et secundum hanc supremam partem unus spiritus & unus cum Deo sunt amor, eosque divina virtus, amor & cognitio perficit, claritasque divina transradat per spiritum inferius in animam atque in corpus: sicque cum coelestibus spiritibus stabiliter intus in divina praesentia permanet, & eius amore pariter & cognitione pascuntur: parati tam divina praeccepta, quam angelica ministeria exequi & adimplere. Fideliter namque et ex amore quod iustum est, exequuntur, & cum timore recedunt ab eo, quod prohibitum est, sicque coelestes spiritus & angeli terrestres esse comprobantur.

Qualiter anima debeat esse rite ordinata, & omnes internas admonitiones ac reprehensiones divinas observare. Cap. IX.

Fundamentum istud iam praetactum omnibus & utile est & necessarium, in quocumque siue statu siue gradu sint constituti, ut videlicet talem de Deo & de seipsis cognitionem habeant, sciantque in quo imago Dei atque similitudo consistat, & quare in eis esset.

O iij tialiter

MARGARITAE EVANG.

et aliter Deus existat, & quo oculos cordis sui dirigere debeant Deū in spiritu & veritate adorari: qualiter etiam se habeant vires & affectiones eorum, qualesque eas esse oporteat. Insuper qualiter Deus ex essentiali fundo luce quadam deorsum radiet in rationē & conscientiam, quæ lux est vis quadam diuina, & qualiter in omnibus que agunt, eos opera sua intelligere facit. Si enim bene agunt, de bono opere gaudiū præstat (Nihil enim tam lætū, quā bona cōscientia) si vero male agunt, de malo opere grauamen præstat atque remorsum. (Nihil enim tam graue, quā mala conscientia:) Insuper qualiter lucē hāc seq̄ debeant, & ad quod ab ipsa moueant, dirigant atque trahant, præsertim in intimo fundo et vnione spiritus, in quā interdū introrsum trahunt, atque a spiritu diuino mille modis edocent. Quandoque instruunt, quales in Deo manere, & vnus cū ipso spiritus debeant fieri: qualiter perfecte mori et Deus in ipsis viuere, qualiter quiescere, & Deus in ipsis & per ipsos operari: qualiter demū tacere, & Deus in eis loqui debeat. Quandoque vero fortiter reprehenduntur, & in quibus excesserint, admonent: Verbi gratia, vel de cogitationū euagatione, vel de curiosa cognitione, vel de aliquo alio, per quod intellectus se infructuose extrouertit: siue etiam de aliqua in resignatione aut propria voluntate, vel de malis desiderijs, siue de impuritate, sollicitudine et multiplicitate rationis: siue de duritia & inflexibilitate iræ: aut etiam de affectionum inordinatione, utpote quod nimis inaniter sperauerint, timuerint, amauerint, odio habuerint, gauisi & contristati, siue verecundati fuerint, siue etiā de mala securitate & latitudine conscientia.

LIBER II.

sue de cordis instabilitate, siue de sensuum in-
 stodia, siue de sinistra intentione, siue de inordina-
 ta tristitia in spiritalibus ac secularibus rebus, si-
 ue de donorum Dei abusione, siue de beneficio-
 rum eius ingratitude, siue de negligentia pro-
 sciendi, siue de negligentia præceptorum atq; con-
 siliorum Dei obseruatione, siue demum de dissi-
 militudine a crucifixa imagine Iesu Christi.

De his atq; similibus multis imperfectioni-
 bus atq; defectibus reprehendit Deus & arguit
 interius hominem pro bono suo suaq; salute: &
 ideo se studiose applicare & intus & exterius q-
 etem seruare debet, atq; auscultare, quoniam a
 Deo sup trahatur siue ducatur. Quisquis enim
 taliter in præsentia vita ab ipso reprehenditur &
 iudicatur, ille felicem exitum & propitium iudi-
 cem habebit. Deniq; hunc fundum exercere
 cunctis est necessarium atque vtile hominibus,
 quor; singulis tantum de sua salute deficit, quan-
 tum in hoc fundo ipsis deest. Tantum enim, &
 non amplius beatitudinis quisq; habebit, quan-
 tum Deum & seipsum cognouerit & dilexerit,
 & Christi imagini conformis extiterit. Quicq; d-
 vero in his ei defuerit, hoc in pœnis purgatorij
 expiare oportebit, donec ista eadem clare cogno-
 scat. Ideoq; fundus iste istudq; exercitium omni-
 bus necessarium est. Sciendum nihilo minus, q-
 quisq; addere, siue demere aliquid potest, prout
 sibi nouerit expedire, & prout tempus, locum &
 oportunitatē habuerit, sibiq; prodesse vel obesse
 perspexerit, vel etiam prout interius a fundo
 se moueri, sibiq; proponi senserit.

De tribus cautelis, quas seruare quisq; de-
 bet.

Cap. X.
 O v Pri-